

**Dissertatio medica inauguralis, De hydrophobia : quam, annuente summo numine, ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Georgii Baird, SS.T.P. Academiae Edinburgenae praefecti, necnon amplissimi Senatus Academici consensu, et nobilissimae Facultatis Medicae decreto, pro gradu doctoris, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis, eruditorum examini subjicit Joannes Ashburner, ex insula Bombaii, Acad. Regal. Hibern. necnon Colleg. Regal. Chirurg. Londin. soc. et Societ. Med. in Acad. Eblan. soc. honor.**

### **Contributors**

Ashburner, John, 1793-1878.  
University of Glasgow. Library

### **Publication/Creation**

Edinburgi : Excudebat C. Stewart, 1816.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/avm2gfuu>

### **Provider**

University of Glasgow

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that this is crucial for ensuring transparency and accountability in the organization's operations.

2. The second part outlines the specific procedures for recording transactions, including the use of standardized forms and the requirement for all entries to be supported by appropriate documentation.

3. The third part addresses the role of the accounting department in monitoring and reconciling the records, ensuring that they are up-to-date and accurate at all times.

4. The fourth part discusses the importance of regular audits and reviews to identify any discrepancies or areas for improvement in the record-keeping process.

5. The fifth part provides a summary of the key points discussed and reiterates the commitment to maintaining high standards of record-keeping throughout the organization.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

**HYDROPHOBIA.**

John Smith. Junr. Esq.  
With kind regards  
from the Author.



DISSERTATIO MEDICA

DE

HYDROPHOBIA

DISSERTATIO MEDICA

HYDROPHOBIA

*John Smith M.D.*  
*Prof. Med. in the Univ. of*  
*Cambridge*

2

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

HYDROPHOBIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

*D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.*

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

T NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO;

**Pro Gradu Doctoris,**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

**JOANNES ASHBURNER,**

**Ex Insula Bombaii,**

ACAD. REGAL. HIBERN.

NECNON

COLLEG. REGAL. CHIRURG. LONDIN. SOC.

ET SOCIET. MED. IN ACAD. EBLAN. SOC. HONORAR.

---

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

---

EDINBURGI:

EXCUDEBAT C. STEWART,

Academiae Typographus.

---

MDCCCXVI.

£



DISSERTATIO MEDICA

IN AUCURALIA

CAROLO FORRE

DE

HYDROPHOBIA

Quam

ANNUENTE SUMMO NUMINE

IN AUCURALIA

D. GEORGI BARR

AD AUCURIA

AD AUCURIA

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

Peto Gratia

CONFERRE IN AUCURIA

RITE ET LEGITIME CONSENSU

LIBERATIS

IOANNES ASHBURN

AD AUCURIA

AD AUCURIA

AD AUCURIA

AD AUCURIA

AD AUCURIA

Kalendis Augusti, anno 1782

EDITIONE

ANDREAS C. STEWART

AD AUCURIA

AD AUCURIA

CAROLO FORBES,

ARMIGERO,

L.L.D.

IN SENATU BRITANNICO PRO BEVERLEY PRAEFECTO,

DOMINO RECTORI COLLEGII MARISCHALIS

ABERDONENSIS ;

&c. &c. &c.

VITRICO MEO AMICO

HOC TESTIMONIUM

LIBERALITATIS INGENII, BENEVOLENTIAE ANIMI,

ET BENEFICIORUM EJUS ACCEPTORUM,

GRATO PIOQUE ANIMO

TRIBUITUR

AUCTORE.

JACOB CAROLO TORRES, M.D.

SOCIETY OF MEDICAL STUDENTS, NEW YORK, 1881

ARMISTEIO

ARMISTEIO, NEW YORK, 1881

L. L. D.

IN SENATU HUMANITATIS PRO REVERENDI PRÆFECTO,

DOMINO RECTORI COLLEGIJ STANTISCHALIS

DETERMINAVIT SEQUITUR

ABERDONENSIS;

Et c.

QUE ADHUC IN SENATU STANTISCHALIS

VITRIGO MEIO AMICO

HONORABILIS SENATU STANTISCHALIS

HOEC TESTIMONIUM

LIBERALITATIS INGENIUM, REVERENDI PRÆFECTO ANIMI,

ET BENEFICENTIAE SUAE IN SENATU STANTISCHALIS

GRATO RIGORE ANIMO

SENATU STANTISCHALIS

AUCTORE

ET

AUCTORE



JACOBO MACARTNEY, M. D.

SOCIET. REGAL. SODALI ; SOCIET. LINN. SODALI ;

ACADEM. REG. HIBERN. SOCIO ;

&c. &c. &c.

PROFESSORI ANATOMIAE ET CHIRURGIAE IN

ACADEMIA EBLANENSI ;

CULTORI SCIENTIAE NATURALIS

INDEFESSO ET STUDIOSO ;

CUI ACADEMIA PATRIAE CELEBERRIMA

HONORES SUMMOS SUA SPONTE DECREVIT ;

ARTIS ANATOMICAE DOCTORI STRENUO,

PERSPICACI, PROFUNDO ;

QUEM AUDITORES SUMMIS LAUDIBUS CUMULARUNT ;

AMICO GENEROSO ;

HOC PIGNUS PEREXIGUUM,

ANIMI PROPTER DOCTRINAS EJUS LIBERALES GRATI,

ATQUE VIRTUTEM MEMORIS,

DAT DICATQUE

AUCTOR.

JACOBO MACARTNEY, M.D.

SOCIET. REGAL. SOCIET. REGAL. SOCIET. REGAL.

ACADEM. REG. HIBERN. SOCIET.

PROFESSORI ANATOMIAE ET CHIRURGIAE IN

ACADEMIA BRITANNICA

CULTORI SCIENTIAE NATURALIS

INDESSO ET STUDIO

CUI ACADEMIA PATRIAE CILICIAE

HONOREE SENIUS SUA SPONTE DECESSIT

ARTIS ANATOMICA DOCTOR STRINUS

PERSEICACI, PROFUNDUS

SUMMA AUDITORES SUMMA LAUDIBUS CUMULANT

AMICO GENIUS

HOC SIGNUS PERSEICACI

MINI PROPTER DOCTRINAM TUAM LIBERALE GRATI

ATQUE VIRTUTEM MEMORIS

DAT DICATQUE

AUCTOR



JOANNI KING,

ARMIGERO,

CHIRURGO,

CLIFTONIAE.

*Si in hoc mundo sint, qui honore justo, amicitia  
sincerâ, sapientum aestimationem atque bonorum amo-  
rem meriti fuerint ; qui morum liberalitate, et chari-  
tatis benevolentia, difficilium odium, et sceleratorum in-  
vidiam excitaverint : qui ingenii splendore, et mentis  
acumine, flagitiosorum impedimenta superârint : et  
campum utilitatis latum aperuerint ;*

*Horum cuiquam superbiae et honori foret quòd  
tiro acceptum referret.*

*Sub tuo auspice et disciplina, Magister amicissime,  
vitam degit, quamprimum medicinae animum convertit*

QUONDAM DISCIPULUS.

Combien les maladies seroient faciles a étudier, si elles étoient dépouillées de tout accident sympathique ! Mais qui ne sait que souvent ceux-ci prédominent sur ceux qui tiennent immédiatement à la lésion de l'organe malade ?

BICHAT.



DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

**HYDROPHOBIA.**

CAP. I.

DE DEFINITIONE MORBI.

**D**E verbi usu, cui nonnullos secundum auctores multa objici possunt, pauca praefari haud alienum videtur.

Nomen Hydrophobia ex duobus verbis Graecis compositum est; ὕδωρ, aqua, et φοβέω, metuo; quia aquae aut fluidi alius pavor hunc morbum plerumque comitari solet. Mead-  
dius \* existimans ut liquores devorandi dif-

---

\* Mead's Works. Edin. Edit. 8vo. Of the Mad Dog, p. 61.



ficultas saepius adsit quàm eos videndi horror, verbum *Δυσκαταποσις*, potius adhibendum esse censet. Alii autem scriptores, prout cuique mens erat, aliis nominibus usi sunt; sicuti, Hygrophobiâ, Aërophobiâ, Pantaphobiâ, Phobodipso, Cynanthropiâ, Cynolyssâ. Alii verbum, quod signum unum tantum designat, improbantes, huic *malo* nomen Rabiem; veluti, Rabiem Caninam, aut Rabiem Contagiosam indiderunt. *Rage*, apud Gallos, morbum nostrum indicat. \* Omnibus his tamen multum jure obijci potest; et quoniam de morbo parum adhuc cognoscitur, in titulis variis multiplicandis nihil boni efficitur. Quamdiu igitur inter auctores conveniet verbum Hydrophobiam, † quo nunc vulgò utimur, esse nostrarum quasi

---

\* Rees's Cyclopedia. Parr's Lond. Med. Dict. Hydrophobia.

† Definition of Hydrophobia, Edmonston in Edin. Med. and Surg. Journal, vol. xi. p. 142.



notionum symbolum, quum de hac re disserere aggrediamur, tamdiu, ni fallor, aequè, ac aliud, bonum est; et si huc accedat, quod tale verbum nos de quibusdam ex animalis rabidi morsu orituris quoddammodo admoneat, nominis ipsius derivatione posthabita, nil certe vetat, quo minus morbum, de quo agimus, Hydrophobiam salutemus.

Rebus ita se habentibus, definitionem Culleno celeberrimo propositam sequamur: \*

“ Potionis cujuslibet utpote convulsionem  
“ Pharyngis dolentem cientis, fastidium et  
“ horror, plerumque ex morsu animalis ra-  
“ bidi.”

---

\* Nosologia Method. Class. Neuroses, Ordo Spasmi.



---

**CAP. II.****DE SYMPTOMATIS.**

Libro de morsu animalis rabidi perlect<sup>us</sup>, quem amicus Dominus Gillman in lucem edidit, quique porro de hac re bene atque composite scripsit, in canibus nullum esse morbi signum pathognomonicum colligere potuit: nunc febris typhodes, lingua nigra et sicca, sitis, et delirii signa, morbum comitantur: nunc vero lingua aspectum habet naturalem, et saliva abundat. Omnibus in casibus animal aquam lambit;\* haud semper tamen absorbit, et ad mordendum proclivi-

---

\* Qui de cane scripsit in Cyclopedia de Rees, signorum Hydrophobicorum existentium in genere canino negat, et experientia ejus permagna, ut ad hanc conclusio-



tas non erat; aliquando violentus, saepe cautus, aut tantum morosus.

In porcis nonnunquam, sensibilitas eodem modo esse maxime turbata quo in corpore humano apparet; omnia autem signa, quae conjuncte Pathognomonica haberi possunt, una specie non videntur designata; symptomata, ut sese exhibent, omnibus in animalibus huic

---

nem veniamus facere videtur. Dr Rush, autem, in libro dicto, *Medical Inquiries and Observations*, haec verba habet: ‘ In the London Medical Journal for the months of April, May and June 1784, I find the following account published by Dr de Mathiis, physician to the king of Naples’ army: “ During his residence in Calabria (the Doctor tells us), that having one day caught a viper in the fields, he had occasion, in his way home, to pass by a farm-yard, where he saw a dog chained, that was said to be mad. He offered water to this dog, upon which he immediately fell into convulsions. Recollecting the viper, he was tempted to try its effects by applying it to the dog’s throat. This was accordingly done, and the consequences were, the head of the dog swelled, the symptoms of the Hydrophobia ceased, and the animal recovered.”



morbo obnoxiiis, colligere operae pretium esset.

Hydrophobia est fere semper, ut mihi videtur, morbus spasmodicus; et prout res in morbi decursu aliter se habeant, modo speciem inflammatoriam induit, modo cum gravi irritatione, sine ullis inflammationis notis, decurrit.

Signa ex parte morsâ vel inoculatâ oriri dicuntur; quae primo facilè sanescit, deinde primo, tempore incerto, et plerumque, diu postquam integra fuerit, dolescit, forsitan pruriat, et haud rarò, rheumatica esse videatur.

Dolores vagi superveniunt; sensus molesti ac inquieti; somnus oppressus atque turbatus; somnia horrida; variis in partibus subsultus tendinum et spasmi; anxietas; singultus; solitudinis, vel etiam tenebrarum studium; dolor circa collum interdum sentitur; interdum in unâ parte musculum prope trapezium.



Interea quibusdam in exemplis cicatrix durescit atque tumescit; vel inflammatur, atque humorem acrem emittit. In aliis, autem, exemplis, nulla mutatio sese ostendit, nisi vellicationes partium tantum, et dolores secundum nervum percurrentes. \*

Temporis spatium, quod inter venenum susceptum, et morbi incursum intercedat, in animalibus vulgo circiter dies septem vel octo esse videtur. Sunt autem alia exempla in quibus venenum per sex septemve hebdomadas in corpore humano delituisse: alia, in quibus morbus intra dies paucos, erupit. Inter diem vicesimum atque quadragessimum vulgo in conspectum venit. Inter morsum tamen inflictum, et Hydrophobiam subsequentem, septem hebdomadarum spatium, quod ei ut supputatio ad medium instituatur, elabitur. Ex casibus centum triginta et uno †

---

\* Dr Marcet, Medico Chirurgical Transactions, vol. i. p. 156. Dr Parry, Cases of Tetanus, &c. p. 88.

† Dr Hamilton on Hydrophobia, vol. i. p. 113.



aegrotorum nullus a cane rabido demorsus, ante diem undecimam Hydrophobia implicatus est: tres tantum ante mensem decimum octavum, Rabie laborabant. Quum autem dictum fuerit morbum post mensem decimum nonum aliquem invadere, causa est merita dubitandi: exempla nihilominus traduntur, in quibus morbi semina diutius latuissent. Dr Bardsley \* casum memoriae prodidit, cujus malus fuit eventus: Vir a cane rabiosa demorsus, per annos duodecim morbo carebat; tandem verò irritationi animi magnae, corporis fatigationi, et tenuissimae diaetae, symptomata Hydrophobiae supervenerunt. Historiis, autem, atque factis cognitis, quae rabiem caninam aliquamdiu latere et postea actuosam reddi, probare videntur, per mensium viginti spatium latere posse concludit. Sed siquando, cum septem, viginti, aut quadraginta anni elapsi fuerint, rabies superve-

---

\* Medical Reports.



niet, Hydrophobia spontanea rectè existimari possit; vel morbi exemplum, quod ex occasione symptomata peculiaria, liquores absorbendi difficultatem, aut eos videndi horrorem exhibet.

Haud procul ab initio morbi, immo etiam quum cicatricis sensus ingrati perspiciuntur, cordis scrobiculi dolor sentitur; interdum lassitudo, capitis dolor obtusus, atque vertigo adsunt. Mens nonnunquam turbari solet: et, si quando commota fuerit, ad statum sensibilitatis praeter naturam acutae, potius quam ad maniacam huic morbo proclivitatem, referri potest: documentum grande, quòd in corporis habitu et mentis indole, magna ex parte, inniti videatur. Quaedam melancholiae signa, oblivio, sopor, et oculus aquosus interdum apparent; atque haud desunt exempla, in quibus animi irritabilitas magna, cum quâdam oculi ferocia atque prominentia conjuncta est. Plerumque, tamen, mens sana est, et aegrotus appositè respondet.



Deglutitionis musculi, et saepe respiratio-  
nis, spasmis intermittentibus afficiuntur, qui  
somnos aegroti miserandi valde inquietant.  
Fortuitò saepe primum in notitiam venit, a-  
quam aegroto oblatam eum vehementer mō-  
vere atque exagitare; et, si hanc aversatio-  
nem superare moliatur, cruciatus summi, con-  
vulsionesque superveniunt, quae suffocationis  
sensus horrendus subsequatur. Has convul-  
siones inducunt, quaecunque sensus organa  
imprimunt; ut adstans ex improvise loquens;  
superficies splendens cujusvis rei oculis ob-  
jecta; quaecunque denique in hoc statu per-  
quam irritabili, corpus, aut animum vel levis-  
simè excitent. Hae causae sensum haud  
aliud movent, quam qui in aquam descen-  
denti accidit, cum humor ex partibus extre-  
mis in caput exsurgit, ita respirationis mus-  
culorum actio convulsa evenit. In Hydro-  
phobiâ, deglutitionis musculis idem accidit;  
inspiratio plena impeditur, et miserandus a  
suffocatione haud procul abesse videtur.



Salivae secretio copiosa sese ostendit, spumosa plerumque et spissa, quae ex ore Hydrophobiâ laborantis festinatò atque vehementer ejicitur; sudor temporibus erumpit; screatus crebri sunt; et pituitae felle mixtae vomitus. Morbo progrediente, sensibilitas ab impressionibus externis iis, quae praecipuè notiones quasdam in mentem revocant, major fit, et pulsus solito frequentior: dolores accidunt summi, in aliis alias sedes habentes: organorum urinae atque generationis spasmi nonnullis adsunt; urina, semen, stercus insciè redduntur: delirium instat, et aeger cito exhaustus, animam efflat. Omnia quidem symptomata, debilitate exceptâ, aegrotum reliquerunt; et, horae duae nondum fortasse praeterierint, dum miser fato concessit.

Pulsus varius est, interdum ferè naturalis per totum morbum; interdum autem cordis actiones admodum auctas, vasorumque plenitatem indicat: interdum, characterem, qui irritabilis designatur, assumit.



Morbi initio, calor cutis parum auctus; \* nec debilitas musculorum eadem, quae febribus accidit. In progressu autem morbi, calor febrem comitans, clarè sese manifestat.

His signis progredientibus, vita in aegris diversis, variè durat. In aliis exemplis aeger per horas triginta et tres; in aliis, autem, per quatuor vel quinque dies superstes est. Mors, die tertio vel quarto, vitae finem plerumque imponit.

---

### CAP. III.

#### DE DIAGNOSI.

Symptomata Hydrophobica morbum haud semper comitari probare Doctor Ferriar †

---

\* Dr J. Hunter. Transactions of a Society for the improvement of Med. and Chirurg. Knowledge, vol. i. p. 308.

† Medical Histories, vol. iii.



multum laborat: et aliis in morbis nonnunquam evenire porrò affirmat. Ex Hildano, Meadio, Tulpioque in hanc sententiam casus, atque opiniones quoad corpus humanum, citat. Alia animalia morbido laborantia viro, quod in homine morbum generat, aquae videndae horrorem fere nunquam exhibere, facile conceditur. In iis tamen exemplis, in quibus ex malo animali rabioso suscepto, morbus oritur, res propriae multae essent, quae Hydrophobiae accessionem prohibere possent; constitutionis irritabilitas fortassè non tanta esset, ut animal impertiri valisset venenum, quod hic morbus, de quo agimus, subsequitur. Et sanè nullum habemus documentum, quin hujus morbi vehementia de coeli regione, corporis habitu, aut aliis malis prius existentibus, multum pendeat.

Diagnosis haud dubie perquam facilis esset in iis morbis, qui nonnunquam signa inordinata Hydrophobiâ exhibuerunt; hi enim ad classem morborum febrilium, mentalium,



vel spasmodicorum, plerumque referri possunt: Et in iis status sensibilitatis turbatae singularis, non clarè designatur: aeger eum aquae horrorem exprimere potest, qui ex statu cutis admodum irritabili, ex vi imaginationis oritur, vel convulsione quadam pharyngem afficiente; aliter autem rarissimè accidit ex humorum conspectu agitatio extrema, quae in Hydrophobiâ insignis est.

Medici nonnulli tamen Hydrophobiam utpote effectum viri peculiaris existere dubitarunt; et ex quâdam similitudine, hunc morbum eundem esse, ac Tetanum, censuerunt; omnibus in exemplis a vulnere tantum oriri, quod dentes infligunt, contenderunt. Utcunque haec sint, magno in discrimine haud ponam, propterea quod exempla plurima, in quibus animalia rabiosa facta sunt ex veneno arte inoculato, fallaciam abundè refellent.

Tetanus aliquot in casibus signa Hydrophobiae propria assumpsisse, nemo est qui negat. Illius spasmus tonicus musculos pro-



prios afficiens, historia generalis atque character a convulsione clonicâ tam diversus: hujus sensibilitas extrema, mens anxiosa, impatiens et timida, symptomata diagnostica optima praebeant.

Cynanche Pharyngea huic morbo haud ab-  
similis esse dicitur. Signa, autem, distincta  
in aperto sunt. In Cynanche Pharyngea pars  
circa glandulam thyroideam inflammata do-  
let, et res solidas aequè ac fluidas devorandi  
difficultas; horror potius, et edendi vel bi-  
bendi cupido minima ex dolore, cui ingesta  
occasionem darent, quam convulsio, aut aquae  
metus. Mense Januarii, anno 1814, in no-  
socomium Bartholomei Sancti venit puella  
Hydrophobiâ laborans, quae glacie et aliis  
substantiis solidis avidè devoratis magnam de-  
lectationem habuit; conspectum autem aquae  
pati non potuit. Multa alia similia memoriae  
tradita sunt.



---

  
CAP. IV.

## DE CAUSIS.

An cadaverum sectio Hydrophobiae causas explicare potest? Signa post mortem perspecta in diversis exemplis insigniter discrepant; et quoniam ea hactenus patefacta, ad indicia morbi explicanda parum valuerunt, actiones turbatae effectus potius quam causae existimari possunt.

In capite interdum cerebri et piaë matris vasa turgida reperta sunt. \* Secundum Lieutaud, † siccitas est insolita: inter piam matrem et tunicam arachnoideam, humoris ef-

---

\* Oldknow, Edin. Med. and Surg. Journal, vol. v. p. 280. Ferriar, Med. Hist. vol. 3. p. 27.

† Hist. Anat. Med. tom. ii. p. 305. Obs. 86.



fusio \* penetrans usque ad cerebri ventriculos : † Nonnulli linguae papillas prominentes observârunt. ‡ Species solita est inflammatio in faucibus, pharynge, et oesophago, § quam lymphæ coagulabilis stratum haud raro tegit. || Quibusdam in exemplis, ventriculus et intestina tenuia ¶ in locis aliquot inflammata, atque aëre distenta reperta sunt. Jecur \*\* in superficie concavâ inflammatum.

\* Ferriar, Med. Hist. v. iii. p. 8. et 27.

† Ibid.

‡ Ballingall, Edin. Med. and Surg. Journal, vol. xi. p. 76.

§ Oldknow, Edin. Med. et Surg. Journal, vol. v. p. 280. Ferriar, Med. Hist. vol. iii. p. 27. Ballingall, Edin. Med. and Surg. Journal, vol. xi. p. 76. Van Swieten, Comment. in Boerhaav. tom. iii. p. 561. Mem. Med. Soc. Lond. vol. i. p. 253.

|| Dr Powell, Narrative of a Case of Hydrophobia. Dr Satterley, Med. Trans. &c.

¶ Oldknow, Edin. Med. and Surg. Journal, vol. v. p. 280. Ferriar, Med. Hist. vol. iii. p. 27. Ballingall, Edin. Med. and Surg. Journal, vol. xi. p. 76.

\*\* Bartholine, Acta Danica, Anno 1682.



Epiglottis inflammata, et glottis adeo crassa, immo contracta, ut instrumentum difficulter admittere possit.\* Trachea inflammata et crassissima; aliis in casibus inflammatio inter tracheae annulos apparuit;† interdum etiam per omnem superficiem mucosam.‡ Pulmones aliquando inflammationem passi sunt, § sanguine in eorum substantiam effuso. || Pericardium siccum; ¶ et arteriae sanguinis plenae visae sunt, qui sub dio coagulari non potuit, dum venae vacuae.\*\* Sauvagesius †† corpus mulieris Hydrophobiâ absumptae,

---

\* Rush, Med. Inquiries, &c.

† Oldknow et Ballingall, ant. cit. Boneti Sepulch. Anat. lib. i. sect. 13. tom. i. p. 342.

‡ Oldknow et Ballingall, ant. cit.

§ Lieutaud, Hist. Anat. Med. tom. i. p. 454. obs. 69.

|| Phil. Trans. abridged, vol. v. p. 369. Boerhaav. Aph. 1140. Bonet. Sep. Anat. lib. i. sect. 13. tom. 1. p. 342.

¶ Idem, lib. i. sect. 8. tom. 1. p. 212.

\*\* Acad. des Sciences, 1699. Hist. p. 55, 56.

†† Diss. sur la Rage, p. 41.



tempore hyberno, putridum mirum in modum, spatio horarum quindecim, redditum esse, tradidit.

Quanquam autem haec ita sunt, et signa alia in exemplis aliis observata sint; multa traduntur, quae enumerare longum esset, quibus nulla species morbida post mortem inesse visa est. Van Swieten\* hunc locum insignem habet: “ Verum aperta aliquoties  
“ cadavera Hydrophoborum, nulla inflamma-  
“ tionis signa dedisse etiam legitur; celeberrimus Meadius pariter fatetur, quod in tali  
“ cadavere, in capite, faucibus, pectore et  
“ ventriculo nihil insoliti invenerit.” Morgagni† de hac re observationes collegit, et eas nunquam in duobus exemplis consentire reperit.

Ab alio fonte, igitur, morbi causae rependendae sunt. An sponte sua in corpore hu-

---

\* Comment. in Boerh. tom. iii. p. 562.

† De Sed. et Caus. Morb. Epist. 8va.



mano oriatur, an symptomata, quae in unum collata, distinctionem pathognomonicam attingere habita sunt, ex alio irritationis fonte, quam ex animalis rabidi morsu originem trahant, multum dubitatum est. Pro certo narratur \* irritationem localem ex vulneribus in habitu irritabili exortam, praesertim si accedant animi motus inordinati, affectusque violenti, in iis hysteriae vel hypochondriasi obnoxiiis, omni fere tempore, signa omnia attulisse rabiei caninae. Caloris et frigoris vices, et omnes causae aliae debilitatem magnam inducentes, simulque systematis irritabilitatem augentes, omni tempore signa Hydrophobiae consentanea inducere valuerunt. Alii scriptores medici eas morbi spontanei†

---

\* Thomas, *Prac. of Phys.* p. 356.

† *Edin. Med. Essays*, vol. i. p. 222 et 227. Ferriar, *Med. Hist.* vol. iii. Portal. *Anat. Med.* vol. v. p. 300.  
“ Multas hujusmodi historias in Boerhaavi, Swietenii, Bro-  
“ giani, Marcelli Donati, Schenkii, Coelii Aureliani,  
“ Meadii, et aliorum operibus, Ephemeridis quoque Ger-



causas denotare consenserunt : alii autem in adversum nitentes, symptomata diversa ad causas proprias retulerunt. \*

An ea, quae Rabies Canina dicitur, in animalibus sine contagio praecedente unquam oritur? De hoc ita Stalpartius van der Wiel :  
“ Aristoteles, Coelius Aurelianus, Porphy-  
“ rius, Albertus Magnus, Avicenna, Eusta-  
“ chius Rhodius, Valleriola, ac Fernelius  
“ omnes multorum meminisse animalium,  
“ quibus sponte, nec a cane morsis, superve-  
“ nerit Rabies. Haec autem inter numerâ-  
“ runt equos, lupos, camelos, porcos, boves,  
“ vulpes, ursas, pardos, simias, viverras, mus-  
“ telas, imo et gallos gallinaceos.” †

---

“ manicis, &c. est invenire.” Parry, Dissertatio Inaug. de Rabie Contagiosâ : In eâdem these citata sunt quoque exempla ex Francisco Sanchio et Brieno, in libro dicto Journal de Medecine.

\* Ferriar, Med. Hist. Mease on Hydrophobia. Dr J. Hunter, Transactions of a Society for the Improvement, &c.

† Parry, Dissert. Inauguralis.



Quamquam autem auctores hi ita existimant, quaestioni rectè respondere difficillimum est ; verisimile est enim, animalia, quibus nulla inest rabies, constitutionis irritabilitati propriae esse obnoxia, cujus natura nobis parum cognita ; et morbum animalibus praedispositis communicari posse. \*

Secundum Bardsley, † causae Hydrophobiae creditae, quae sine inoculatione oriri dicuntur, ad morbum inducendum haud semper sufficiunt. Hoc, autem, nequaquam probat morbi accessionem his causis interdum non esse tribuendam. Haud absimile est causas nonnullas, quae in corporibus proprie constitutis ad rabiem excitandum pertinent, in constitutionibus morbidis aliter sese habentibus, omnino esse inertes ; cibus valde putridus, aquae ad sitim depellendam defectus, exercitatio immodica aestivi tempore solis,

---

\* Rossi Memoires de l'Acad. de Turin. vol. vi.

† Medical Reports.



aëris status ei similis, qui alios epidemicos in animalibus generat, coërcitio sine exercitatione in cubilibus arctis, atque odore foedis, animal impetu acri laceratum atque vexatum, et mali incursus causae remotae probabiles in animalibus esse possunt.

Morbus tamen in fervidis aequè ac in regionibus frigidis haud furit: Doctor Thomas, \* qui in India Occidentali annos multos permansit, Hydrophobiam neque vidit, neque de eâ audivit. Doctor Joannes Hunter† malum in Jamaicâ per annos quadraginta nunquam accidisse tradidit. Doctor Athill‡ rabiem in insula Antigua, cui ex insulis vicinis aqua convehitur, se nunquam cognovisse dixit. Volney§ in Aegypto et Syriâ nunquam apparere narrat: Larrey || rem confir-

---

\* Practice of Physic, p. 356.

† Trans. of a Society, &c. vol. i.

‡ Parry, Diss. Inaug.

§ Travels, vol. i.

|| Memoires de Chirurgie Mil. et de Campagnes, tom. ii.



mat. Aleppi \* malum est prorsus ignotum. Calor, ut Barrow † dicit, circa Spei Bonae Promontorium, nimius est; ibique in partibus interioribus Kafri canes carne valde putrida alunt; ibidem tamen morbus rarò sese ostendit. In Bombaio, ubi canes abundant, aliisque in locis Indiae Orientalis, morbus, si comparatio instituatur, minimè saepè existit. In America ‡ meridionali calamitatem nunquam expertam scriptores plurimi affirmant. Revera, autem, in Britannia nostrâ, caeterisque regionibus temperatis, in quibus malum homines saepissimè aggreditur, annis permultis elapsis, et nusquam apparuit; adeo ut multi medicinam jamdiu facientes videndi occasionem nunquam habuerint. Documentum ferè hoc Hydrophobiam suâ sponte oriri videtur: factis supra citatis, probe perpensis,

---

\* Rees's Cyclopedia, Art. Dog.

† Travels into the Interior from the Cape of Good Hope.

‡ Biblioth. Raisonné, 1750, a Van Swieten citatus.



ex specifico contagio non semper oriri pro certo dicere non ausim.

De hujusce contagii origine disserere aggrediamur.

Ubi morbus quâque contagione communicatus sit, legem aliorum morborum contagiosorum sequi verisimile est. Facta, autem, perpauca sunt; et igitur, nihil pro certo concludere possumus. Rasoux\* exemplum narrat, in quo morbus homini accidit ex canis spiritu; et aliquot similia memoriae prodita sunt.† Schenkius‡ casum exhibet in quo, osculo tantum cani rabido dato, Rabies extitit. “Sartrix quaedam,” inquit Coelius Aurelianus §, “quum chlamydem scissam  
“rabidis morsibus sarciendam sumeret, at-

---

\* Tables Nosologiques.

† Aureliani Acut. Morbor. lib. iii. cap. 9. p. 218.  
Aretaei Morb. Acut. lib. i. cap. 7. p. 5.

‡ Observ. Med. lib. vii. p. 848.

§ Aureliani Acut. Morb. lib. iii. cap. 9. p. 219.



“ que ore stamina componeret, et linguâ pan-  
“ norum suturas lamberet assuendo, quo  
“ transitum acûs facit faciliorem, tertiâ die  
“ in rabiem venisse memoratur:” Hildanus \*  
simile quoddam enarrat. Haecine autem,  
atque alia quaedam, a contagio vel corporis  
insitione orta sint, aegrotis inscientibus, inter  
auctores non constat.

Scriptores multi contendunt hujus conta-  
gii specifici fontem et sedem esse in salivâ  
animalium rabidorum. Haec secretio, ut  
Sauvagesio † videtur, sola virus continet.  
Sive humida, sive sicca, morbum efficaciter  
gignit. Annè autem secretio pancreatica,  
vel humores corporis caeteri aequè polleant,  
aliis investigari meretur. In libro *Academiâ  
Scientiarum Gallicâ edito 1707*, dicitur, ca-  
nem sumendo sanguinem Hydrophobi bra-  
chio detractum, factam esse rabidam.

---

\* *Observ. Chirurg. Cent. i. No. 86. p. 62.*

† *Dissertation sur la Nature et la Cause de la Rage,*  
p. 32.



Hominis saliva, Hydrophobiâ laborantis, animalibus inferioribus crebrò injecta est; sed, quoad sciam, rabiei ortum nunquam dedit. Inefficacem esse ex hoc porrò probari videtur, quod Hydrophobi adstantes momorderint, sine ullo damno.

Hujus rei haud alienae sunt quaestiones: Quae animalium genera, veneno suscepto, rabiei obnoxia sunt? et, Quae animalia, postquam virus suscepissent, id quoque propagare possunt?

Vir, mihi amicissimus, summo ingenii acumine ornatissimus, cujus in me merita nunquam obliviscenda sunt, suas observationes de hac re citandi veniam dedit. Animalia omnia, quae ad classes Mammalia pertinent, et Aves quoque morbum suscipere existimat. Ipse quidem in equis, vaccis, porcis, felibus, gallinis numidicis, anseribus, anatibus, et gal-  
lis gallinaceis conspexit. Alii autem in quadrupedibus, simioque rabiem senserunt. Nul-  
lum autem exemplum est, animalia, quorum



sanguis est frigidus, hoc morbo unquam laborare, et quoad ex analogia augurari licet, nullas classes inferiores affici, collegit. Si actionum morbidarum seriẽm respiciamus, inter eas ad animalia quorum sanguinis est calidus pertinentes, et eas, quorum sanguis est frigidus, multum distare inveniamus. Haec speciem nullam febris sympatheticae exhibent; inflammatione nunquam afficiuntur organorum internorum, ni injuria accepta sit, et ne tum quidem, paucis exceptis: actione spasmodica, et convulsa irritatione distant, vacant, et in his, unius organi vitium alterius laesionem haud sequitur. An aves rabiẽm animalibus aliis impertiri possint, amicus multum dubitat; glandulae enim, quae humorem in ora infundunt, omnibus in generibus hujus classis mucum et non salivam secernere videntur. Quoniam, autem, incertum est, an humores quidam virus communicare possint, nobis eam rem in medio relinquere liceat.



Huzard in dissertatione suâ, quam paucos abhinc annos coram Institutione Gallica legit, salivam quadrupedum herbâ vescentium malum afferre posse, negat. Amicus meus Dom. King, de Clifton, salivam bovi detractam, quae rabie perierat, gallinae inseruit. Post dies septuaginta et quinque, gallina, morbo affecta, periit. Doctor Macartney istam gallinam dissecuit; et, ubicunque inoculatione cutis incisa fuit, quendam tumorem parvum durumque in ejus superficie interiore invenit, magnitudine atque specie piso compresso haud absimilem, qui perquam esset vascularis.

Aliae quaestiones nunc sese nobis offerunt solvendae, scilicet:

Quomodo communicatur virus? et

Quae corporis textura primum afficitur?

Haud dubium est, quin venenum vulneri insertum, dummodo res praedisponentes existant, effectum ei proprium produxerit; et ita morsu morbus propagari solet. Dubitan-



dum tamen est, an fluido venenato superficiei secernenti corporis applicato, morbus superveniat. De hac re existunt facta \* nonnulla, cum fictis tamen adeo conjuncta, vel tantâ credulitate fabulosâ tradita, ut inde nihil certi colligere possimus.

Doctor Joannes Hunter periculum a mor-su pro parte inoculatâ plus minusve vasis copiosè instructâ venturum censet. Insuper monet, periculum maximum a facie morsâ imminere, et symptomata citius apparere. Morsus quoque in manibus esse periculosissimos.

Investigatio anatomica mutationis in parte viro primo affecta, causa, reperiendi texturam propriam, quae mutationem subit, quaestionem minutissimam atque difficillimam postulare videtur. Quomodo autem res sese

---

\* Hujus Dissertationis, p. 25, 26.; et Philos. Trans. vol. xxiii. p. 1074. Mem. of the Royal Acad. of Sciences of Sweden, anno 1777.



habet, invenire haud vanum esset. Huic cura major insumenda est quam aliis primariis mutationibus morbidis, quae a viro morbifico, aut inoculato, aut applicato, ortum ducunt. In Hydrophobiâ, mutatio aliqua parti inoculatae contingere videtur. Testantur hoc sensus inquieti, induratio, aut inflammatio, quae ante signa secundaria fere emicant. Mutationis natura notatu digna est.

Qui nexus inter actiones morbosas partis inoculatae, et sensum acerrimum, actionesque convulsivas systemati supervenientes, intercedit? An verisimile sit, ut amicus meus philosophicus opinatur, symptomata Hydrophobica affici, aut niti actionibus morbois, quae in parte morsâ sese monstrent. Forsan hoc concludere liceat, ex irritationum scientia localium, quae in genus nervosum agunt; et exemplum egregium a Doctore Guthrie de Petersburg traditum opinionem confirmat. Hic scarificationibus crebris, et stimulantibus fortibus ad cicatricem applicatis, pue-



rum, quem morbus localis jam invadere coeperat, servavit.

Genus hominum atque animalium hunc morbum haud aequè suscipiunt; saltem, si signa a morbi causis orta spectemus. Inferri, autem, potest systema iisdem legibus obedire, quae aliis venenis pestiferis in actionem cientur. Motus animi deprimentes, aequè ac aliae debilitatis causae systema viri hujus actioni fortasse praedisponant. Canes ad contagionem, quàm homines procliviores esse videntur. Viri quatuor,\* et canes duodecim ab eodem cane rabido demorsi sunt; canes omnes morbo perierunt, viri autem omnes incolumes evaserunt.

---

\* Dr J. Hunter, Transactions of a Society, &c. vol. i.



---

---

CAP. V.

## DE RATIONE MEDENDI.

Quoniam hic morbus, nisi in exemplis perpaucis, arti medicae restitit, medendi rationes variis temporibus propositas recensere, supervacaneum foret, et certè minimè jucundum.

Nullum remedium certum, quo hoc malum singulare vincatur, adhuc repertum est. Medici consilia duo observanda existimarunt, quod nimirum faciendum est,

1<sup>mo</sup>, De Prophylaxi.

2<sup>do</sup>, De morbi tractatione, quum signa secundaria orta sunt.

*De Prophylaxi.* Nonnulli medicinam facientes vim venenatam delere conati sunt; et hoc consilio, omnes rationes versatae, qui-



bus animi motus deprimentes vitarentur, et vigor naturalis corpori restitueretur. Multis in exemplis eventu sperato caruerunt; in aliis autem, venenum partem inoculatam primitus affecisse parum constabat. Medici clari sententias de medicamentis prophylacticis confiderenter dixerunt. In observationibus tamen, quandam errandi causam subesse metuendum est. Meadius,\* qui ipse Theriacae coacervationem stultam, ut notitia indignam condemnat, in Pharmacopoeiam Londinensem introduxit Pulverem Antilyssum (compositum ex Lichene cinereo et Papavere), de quo haec verba habet: “ I have often wished that I  
“ had so certain a remedy in any other dis-  
“ ease.” Experientia temporum sequentium hanc opinionem, cui nimium confidit, haudquaquam confirmat. Ad idem medicamentorum genus referendum est ac cineres can-

---

\* Mead's Works, Edin. Edit. 8vo. Of the Mad Dog, p. 64.



crorum vivorum in vase cupraeo combusti, quos pro remedio semper efficaci Galenus et Dioscorides magnopere commendant: jecur rabiosi canis exustum; Cynorrhodonis radix; opiata Aromatica Scribonii Largi; stannum cum Mithridato, a Mayerno atque Greuio laudatum.\* Omnia haec, ac prophylactica recentius decantata, aequè pollent: exempli gratia: Remedium clarum de Tonquin (ex Moscho atque Cinnabare compositum), ab Chinâ per Georgium Cobb, equitem, apportatum, et a Danbeio† laudatum. His porrò adjiciatur remedium de Ormskirk praeclarum, secundum Doctores Black et Heysham‡ ex creta maxime compositum. Nec Lavatio frigida, aliud remedium prophylacticum, eventum feliciorum habuit: ii qui hoc remedium

---

\* Van Swieten, Comment. in Boerh. Aphor. tom. iii. p. 582. Rees's Cyclopedia, Hydrophobia.

† On the Virtues of Musk and Cinnabar, 4to.

‡ Dissert. Inaug. de Rabie Caninâ.



experti, aequè ac qui neglexerunt morbo oppressi fuere.

Quibusdam indicatis prophylacticis, quae spem aliquam salutis offerrent, medici tamen usi sunt, vel ad virus removendum, vel statum novum partium destruendum, qui susceptum virus subsequi possit.

Ut partem viro affectam rectè tractemus, haec sunt consilia :

1<sup>mo</sup>, Ad venenum tollendum forsàn in lavatione niti debeamus : vel 2<sup>do</sup>, Pars Cauteriâ vel Caustico delenda : 3<sup>tio</sup>ve, Pars affecta ferro excindenda est.

Ad consilium primum decurrendum statim post vulnus inflictum est. Hoc, autem, praecipuè suadendum, ubicunque in faciem, juxta oculos, vulnus inciderit ; aut etiam, quum vas ullum sanguineum magnum vicinum est ; denique, si aegrotus scalpello repugnet, ut Doctor Percival \* judicat.

---

\* Lond. Med. Journal, vol. x. p. 308.



Si hoc consilium ineamus, aquae lavationem largissimam suadet Haygarthus; \* atque ut veneni extirpationem quasi oculis perspiciamus, colorem vulneri addendum, saliva atramento tincta, suggerit; et horas post duas maculam eluendam putat. Doctor Joannes Hunter† aquae lavationi destinatae tantum Potassae aquae, quantum aegrotus tolerare potest, addendum praeponit; et lavationem diu continuatam, monet. Ea, quae huic consilio ritè forsan objici possunt, me judice saltem, haud rectè pensitata fuerint. Illa, quae ad curationem hujus mali tam prophylacticam quam therapeuticam profuerunt, aliquid novi, dummodo speciosum esset, cupidine maximâ adjiciendi, protulisse videntur. Inde forsitan factum est, hominum notitiam praeteriisse, dolorem ex aquae rivo per aliquot horas in corpus effuso multo esse majorem,

---

\* Lond. Med. Journal, vol. x. p. 297.

† Trans. of a Society, &c. vol. i. p. 315.



quam ex ulla alia ratione prophylactica. Dubii aliquantum est, an venenum etiam in superficie exposita remotum sit. Ubicunque, autem, animalis dens usque ad orbitae marginem penetravit, hujus consilii futilitas plane apparet.

Consilium proximum exitum feliciorer rarò habuit; ferri igniti usus, talibus in casibus, dolorem tantum excitat, ut nostris temporibus medicinam facientium laudes nequaquam mereat; praecipuè si alia remedia bona in mentem revocarint; et testimonium pro caustico tale est, ut eo solo uti non oporteat.

In casibus quadraginta, Dom. Simmons\* potassam puram ad partem morsam applicuit, et Hydrophobia nunquam supervenit. Sed, si canem, qui plagam inflixit, interdum nullo morbo afflictum esse, consideremus; et multos animali rabido morsos mortem effugituros esse, cautelâ nullâ adhibitâ; et eorum nu-

---

\* Ferriar, Med. Hist. vol. iii. Appendix.



merum, si calculum ponamus, quasi viginti pro uno \* Simmonesii testamentum momenti paullulum habere concludemus.

Eques Carolus Blicke, nuper mortuus, omnia medicamenta caustica nociva sibi visa esse affirmavit, quia partes irritant, quae aliter morbo, etiamsi veneno afficiantur, obsisterent: Hydrophobiam etiam multis in exemplis fieri cognovit, in quibus primum excisio exercita est, dehinc, quo omnia tutiora essent, caustica adhibita.

Inter auctores jam constat excisionem partis morsae solam contra morbi insultum profuturam; et quo rectè fiat, omnes medicinam facientes exemplum egregium Joannis Hunteri ingenii, atque cautionis recordentur, quod notula subjecta exhibet: † “ Mr Hunter, in one case, removed the parts, as he “ thought, freely; and there was nothing on

---

\* Dr J. Hunter, Trans. of a Soc. &c. vol. i. p. 302.

† Ibid. p. 317.



“ the under surface of the piece cut out,  
“ that led him to suppose he had not cut be-  
“ yond the bite. But on examining the sur-  
“ face of the wound, he found a part in the  
“ middle which was hollow underneath,  
“ which shewed he had not gone deep e-  
“ nough, but had left a ridge, as it were,  
“ over part of the passage made by the dog’s  
“ teeth, and which could only have been dis-  
“ covered by an examination after the opera-  
“ tion. This is mentioned to shew the care  
“ that is requisite in cutting out the part,  
“ and also the necessity of going to a proper  
“ depth.”

Hoc remedium nunquam spem fallere  
confidenter dictum est.\* Doctor Hosack†,  
Eboraci Novi, Hydrophobiae casum fatalem  
commemorat. Puellula, quinque annos nata,

---

\* Parr’s Lond. Med. Dict., Hydrophobia.

† American Med. and Phil. Register, published by  
Drs Hosack and Francis, 2d Edit. vol. i. p. 462.



cani demorsa est. Quarta parte horae partem demorsam removit, et etiam aliquanto altius exsecuit. Morbus tamen intra dies paucos apparuit: accessionis celeritas insolita, an affectio tetanica esset, potius quam Hydrophobica, causam, cur dubitemus, praebet, ni fides summa auctori debeatur.

Quanquam autem eventus hujus casûs infaustus erat, excisionem largam ferè semper bene habere conceditur. Et experientia quoque universa, ubicunque fieri potest, partem morsam ferro exscindendam esse docet.

Quaestio nunc offert: Quo tempore post virus susceptum, excisio sine omni periculo adhiberi possit?

Experientia sola est dux: quaestio campum investigationis latissimum comprehendit, et ad illustrationem, prout occasiones sese praebent, animum conferre debemus. Inter Pathologos \* opinio tenet morbos om-

---

\* Dr Babington, Medical Records and Researches, p. 127.



nes, qui originem ab inoculatione trahunt, specificum habere tempus, quo nondum praeterito, morbus propulsetur, si tantum partem primitùs affectam removeamus. In nosocomiis iis facilè reperiri possit, in quibus de morbis a veneno morbifico progredientibus, tractatur.

Utilis valdè esset scientia, quae temporis spatium indicaret, quo pars inoculata in Variolis vel Vaccinâ removenda est, si accessionem affectionis constitutionis impedire velimus; utile porrò esset habere compertum, an excisio, quum morbus insultum fecerit, symptomata sequentia modificaret. Propriae corporis texturae, quae, quibusdam venenis applicatis, potissimum afficiuntur, haud satis adhuc dignotae sunt; et verba indefinita, quibus medici utuntur, notiones valdè obscuras reddunt. Virus in constitutione dormire dicitur, quasi lectum mollem sibi fecisset, ibique quiescere, donec ad animum malum exhibendum opportunitatem habeat. Consilia,



autem, quae horum temporum physiologia exhibet, orationis ejusmodi fallaciam probant. Verisimile est, veneni stimulum in structuram, quam afficiat, agere, adeo ut actionem novam partium assumat. In Syphilidis varietatibus, nempe morbi primarii et secundarii, signa distincta esse colligendum est; texturae absorbentes vel deponentes praecipuè affici possunt. In Variolis aut Vaccinâ mutationes in stimulo viri proprii nituntur. In Hydrophobiâ principium idem rationi convenit. Si pars affecta cum constitutione consentit, illa excisa, quovis forsitan tempore ante signorum accessionem, aegrotum satis incolumem praestare possit; et etiam, quum sese ostenderint, ad morbum sanandum conferat. Doctor Darwin \* hoc consilium proposuit, causam ab contagione in sanguinem diffusâ non oriri existimans, a parte autem inoculatâ. Huic hypothese sensus plerumque molesti in cica-

---

\* Zoonomia, 8vo. vol. iv. p. 50.



trice ante actionis morbidæ accessum corporis, ortum dederunt; localis autem structuræ mutatio in naturâ tam est subtilis, ut investigationes anatomicas eludere posset, et longius progrediatur, quàm quisquam ratus erat.

Ita ad difficultatem aliam adducimur, quaestionemque, de quâ multum disputatum est: an verisimile sit, venenum ope systematis absorbentis agere; an partis nervorum, per quos genus omne nervosum afficiat? Scientiæ habemus parum ad hanc controversiam tollendam: sed quoniam facta, aliaque causæ absorbentium conditioni morbidæ haud favent, hypothesem alteram\* esse justiore rectè colligimus. Et si consilio jam tradito morbum sanare nequeamus, in experimento tamen perseverare decet, portionibus nervi remotis, quæ partem parum validam cum cerebro conjungunt.

---

\* Hujus Dissert. p. 7.



*De Curatione Therapeuticâ* pauca dicere necesse est, quum morbus jam supervenerit : Quoniam progressus causas investigandi tam parvus fuit, quare consilia hactenus adhibita defecerunt, rationem videmus.

Varia inter remedia quae Materia Medica exhibet, nulla conspectu primo, curationi aequae apta, ac quae a priori aegri sensum morbidum imminuere valeant. Haec autem indicatio, ad usum opii liberalem viam stravit : in uno casu, Doctor Vaughan,\* per quatuordecim horas grana quinquaginta septem opii puri exhibuit ; semiuncia Tincturae Opii addita, quae per enema injecta fuit. Doctor Babington† magna in quantitate administravit, videlicet, pro singulis dosibus viginti quinque grana, et semidrachmam opii puri, intervallis parvis repetitam ; ita ut, per horas undecim, opii granis centum et oc-

---

\* Cases and Obs. on the Hydrophobia.

† Med. Records and Researches, p. 121, 122.



toginta sine ullo commodo aeger usus sit, ne somno quidem inducto: Ipse opii quantitatem magnam administratam cognovi, ullo sine effectu sedativo. Ex omni testimonio concludere possumus, confidentiae parum ut remedio bono debitam esse; siquis sensilitatem corporis rapidè imminuere velit, Oleum Tabaci Empyreumaticum, vel Oleum Amygdalarum amararum essentielle copiosè dilutum, vel Aqua Pruni Laurocerasi vel acidum Prussicum administrare, alienum haud esset.

Varia alia Narcotica, praeter Opium, et antispasmodica quoque parvo cum successu data sunt. Inter haec enumerare possumus Hyoscyamum, Conium, Camphoram, Assaetidam, Castorem, Moschum, et similia.

Alias classes medicamentorum successus meliores haud saepe comitantur: Tonica metallica, ut Arsenicum, Ferrum, Zinci Oxydum; Sudorifica et Diuretica, ut Antimonium variis in formulis; Rumex; Cantharides. Hoc, autem, remedium postremò dictum in



America, in magna quantitate exhibitum fuit ; quia, ut nonnulli putant, analogia huic morbo cum Tetano intercedit ; et strangu-riâ, et stomachi inflammatione tinctura Me-loës Vesicatorii inductis, morbi actiones mo-dificari posse putatur. Doctor Brown \* femi-nam Tetano laborantem, ex calce vulnerata, sanavit, hoc secutus consilium, deinde signa hoc medicamine inducta, Tincturâ Opii at-que diluentibus copiosis levavit. Renum ir-ritationem inducere a Meadio † laudatur ; qui diureticae medicaminis potestati confidere videtur. Sed ante Meadium natum ita usi-tatum oportuit, ut effectus longe diversos af-ferret. Baccius ‡ laudibus effert, et usum in formâ pulveris per complures dies continuos commendat : Rhazen et Joannem Damasce-num auctores habet. Bocconius § narrat, in

---

\* Amer. Med. and Phil. Reg. vol. iii. p. 223.

† Works, Edit. Edin. 8vo. p. 66.

‡ De Venenis, p. 89.

§ Museo di Fisica, Obs. 21.



Pannoniâ superiore Cantharides quinque pro dose hominibus datas ; et animalibus quantitatem multo auctiorem. Hoc tamen medicamentum Hydrophobiam sanavisse nemo audit. Si analogia Tetano cum Hydrophobiâ revera intercedat, rectè faciemus, si hunc morbum eodem modo tractemus, quo feliciter curatus est, in exemplo a Dom. Harkness\* tradito. Remedia fuere Tinctura Opii, Hydrargyri Submurias, Jalapa, Extractum Colocynthis, Gambogia, Scammonium, Vinum et Cerevisia fortis, in dosibus permagnis. Huic consilio liquores sumendi difficultas jure obijciatur. Sin, autem, quid veri est in eo, quod in Edinensi Ephemeride Medica Chirurgica† inseritur, difficultas facili commento superari potest. In Cynanche Tonsillari Dom. Attenborow occasionem auris lobulos comprimendi invenit, quo aeger facilius deglutire

---

\* Medico-Chirurg. Trans. vol. ii. p. 284.

† Edin. Med. and Surg. Journal, vol. vi. p. 9.



possit. Eodem consilio in Hydrophobiâ cum pari successu usus est; et quòd aeger nihil devorare possit, donec ad hoc consilium decurreretur, reperit.

Hydrargyrus interdum solus in formis variis, interdum aliis cum remediis conjunctus. Dom. Crous, \* Eboraci Novi, civitati medicamentum empyricum pro pecuniâ dedit, quod, ut fama est, Hydrophobiam bene sanavit. In hoc medicamento praecipua erant, Ammoniaretum Cupri, et Hydrargyri Submurias. Ille jurejurando adstrictus dixit, se, cum morbus incurrisset, grana hujus medicamenti centum et octoginta, cum Hydrargyri Submuriatis semunciâ conjuncta pro dose una exhibuisse. Huic remedio Doctor Hosack † multum confidit, et se Cuprum adhibiturum dicit, si ipse morbo laboraret.

---

\* American Med. and Phil. Reg. Ant. Cit. vol. iii. p. 223.

† Ibid. vol. i. p. 462.



Doctor Thacher, \* testimonio viri reverendi incitatus, qui rure Hydrophobiam curavisset usu Herbae Americanae, Lobeliae Inflatae; cui, quamquàm morbus magnos progressus fecisset, decurrere statuit; status tamen miserandi desperatus experimentum irritum reddidit. “ I was induced,” inquit, “ during my attendance of twenty-six hours, “ to administer several doses of the saturated “ tincture of Lobelia at proper intervals. “ The second dose excited nausea and puk- “ ing, and evinced the palliative tendency of “ the medicine. A diminution of the severity of the Hydrophobic symptoms was “ clearly demonstrated in the presence of “ numerous spectators; nor did their violence again recur; he slept quietly the “ whole of the ensuing night, and in the “ morning an increase of vigour in the system was observable, and his pulse was



“ seventy-three in a minute. Liquids now  
“ produced little or no abhorrence, and he  
“ could afterwards swallow with facility. The  
“ active and stimulating properties of the  
“ Lobelia are well ascertained, but its spe-  
“ cific efficacy as a remedy in Hydrophobia  
“ is yet to be determined by the test of expe-  
“ riments.”

Herbae aliae Americae indigenae in hoc morbo, veluti efficaces, traduntur: pro iis testimonium non tanti valet, ut notitiam mereant: ea tamen noscere, quae in morbo molesto speculae aliquid afferre possunt, perquam est necessarium.

Consilia inter alia, quae curationis indicationes adjuvare possunt, stat lavatio frigida: ex toto autem est iners,\* nec lavatio calida, vel in aqua vel in oleo, multò meliùs processit. Hoc consilium quidem Doctor

---

\* Hamilton on Hydrophobia, vol. ii. p. 14.



Shadwell \* laudibus summis effert. Exemplum bene curatum oleo externè internèque applicato, tradit. Morbum eum autem ex quânam affectione aliâ spasmodicâ oriri potuisse videtur; propterea quòd idem consilium interatum eventum felicem nunquam habuit; et in casu uno quidem aegroti dolores multùm intendit. †

Intra paucos annos in Indiâ Orientali medicinam facientes sanguinis detractioe prosperè usi fuisse dicuntur. Doctor Shoolbred et Dom. Tymon exempla commemorârunt, ‡ in quibus hâc medendi ratione, morbus sanatus fuerit. De his autem restat adhuc addubitandi locus, § an ad Hydrophobiam veram pertinerent, necne. Dom. Ballingall || in Bri-

---

\* Mem. Lond. Med. Soc. vol. ii.

† Hamilton on Hydrophobia, vol. ii. p. 54—56.

‡ Lond. Med. and Phys. Journal, vol. xviii. p. 351. et seq. vol. xix. p. 24. et seq.

§ Parry, Cases of Tetanus and Rabies Contagiosa, &c. p. 94. et seq.

|| Edin. Med. and Surg. Journal, vol. ii. p. 77.



tannia sanguinis missionem perquam inefficacem expertus est; eventus semper infaustus erat. Uno in casu depletionem usque ad excessum secutam, sine effectu etiam sedativo, ipse cognovi; aegrotans, vir pollens et virens, intra horas triginta tres naturae concessit.

Multum in hoc morbo adhuc faciendum esse, concludere licet; causarum verò investigationes, die futuro, ad conclusiones veras de naturâ et tractatione ejus fortasse perducant; attamen res sese habet, nobismet ipsis adulari licet experientiam remediorum omnium, quae hactenus in medium prolata sunt, eorum futilitatem abunde testari: et sane ignorantiam noscere ad scientiam primus est gradus.

FINIS.



lania sanguinis missionem perquam ineffica-  
cem expertus est; eventus semper infestus  
erat. Uno in casu degenerationem usque ad ex-  
cessum secutam, sine effectu citius sedativo,  
ipse cognovit; aegrotans, vir pollens et virans,  
infra horas triginta tres naturae concessit.

Mulum in hoc morbo adhuc laedendum  
esse, concludere licet; causam vero inve-  
stigationes, die futuro, ad conclusiones veras  
de naturâ et tractatione ejus fortasse perduc-  
cant; attamen res sese habet, nobiscum ipsas  
adulari licet experientiam remedium om-  
nium, quae hactenus in medium prolata sunt,  
eorum inutilitatem abunde testant; et ante ig-  
nominiam proscire ad scientiam prius est  
Gradus.







